

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Albinus Christoph Pauli

**Quarta Disputatio Feudalis De Constitutione Feudi Per Investituram Eiusdemque
Inter Vivos Acquisitione Per Praescriptionem Et Sententiam Iudicis**

Rostochii: Ferberus, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730894363>

Druck Freier  Zugang



26⁴
6

Q V A R T A
DISPUTATIO FEUDALIS
De
CONSTITUTIONE
FEVDI PER INVESTITU-
RAM E JUSDEM QVE INTER
VIVOS ACQVISITIONE PER PRÆ-
SCRIPTIONEM ET SENTENTIAM
JUDICIS,

Quam

DIVINI FAVORIS GRATIA PRÆEUNTE,
Indulta & Auctoritate Magnifici Amplissimæ Facultatis
Juridicæ Senatus in celeberrima Khodopolitana,

S U B P RÆS I D I O

D N . JOACHIMI ALBINI
J. U. D.


Publici exercitI gratiâ discutiendam proponit
CHRISTOPHORUS PAVLI Grimmâ-
Pomeranus.

In Collegio Magno horis à 7. matutinis ad diem 27. Januarij.

ROSTOCHII,

Typis AUGUSTINI FERBERI, ANNO 1621.

R. U. - ius 1621 Albinus Joachimiff



DISPUTATIO FEUDALIS IV.

DE

CONSTITUTIONE
FEVDI PER INVESTITURAM, EJUS-
DEMQUE INTER VIVOS ACQVISITIO-
ne per Præscriptionem & Sententiam Ju-
dicis.

Ι Π ΑΡΑΣΚΕΥΗ.

Feudi Efficiente, nempè Personis tam dantibus quam acci-
pientibus feuda enucleatis, & Materiâ puta Rebus, quæ in
feudum erogari possunt, evisceratis, observaturi susceptæ
Methodi leges, monente Jcto Paulo in l. 1. pr. ff. de doli
mali & met. except. inoffensò pede, ad Formam, quam Effi-
ciens, ut Finem, cuius ergo feudum constituitur, assequatur,
rudi huic & informi Materiæ, inducit per Investituram quæ
de hac in parte paginam utramq; facit, adeòg; necessarium
feudi signum est, Roland. à Vall. consil. 50. n. 9. vol. 3.
ut sine illa, Gerhardo attestante in c. un. 1. F. 25. neuti-
quam constitui possit, transsum facimus; insimul paucula de
Feudi Acquisitione inter vivos per Præscriptionem & Adju-
dicationem levi polluce decerpturn.

T H E S I S I.

Constituendi (a) Feudum, modus unicus (b) est In-
vestitura (c).

(a) Quia commodius est singulas causas, singu-
lis appellatiōibus distingui, docente Imp. in s.
hoc autem casu s. l. Quib. mod. testam. infirm. idēq;
modos feudum constituendi, à modis idem
acquirendi sequestrandos remur, inducti rubric.

c. un. 1. F. 25. c. un. in fin. 2. F. 1. c. un. in pr. 2. F. 33.
Constitutionem enim ut preambulam, subsequitur acquisitio, quantumlibet nonnunquam accidere possit, ut utraq; tempore sit simul, natura tamen prior est acquisitione constitutio. Hermann. Vult lib. 1. Feud. c. 7. n. 1. & 2. Johann. Schneidw. in Epit. Feudal. part. 4. n. 1. & ibidem in adnotationibus lit. B. Dn. Conrad. Rittershuf. in Partit. Feudal. lib. 1. c. 8. quæst. 1. Georg. Ohreht. in tr. Feudal. lib. 2. c. 11. n. 1. & 2. Gothonfred. Anton. Disp. Feud. 4. th. 1. lit. A. Dn. Matthias Stephani Disp. Feud. 4. th. 1. Helfricus Ulricus Hunnius tract. Feud. c. 10. in pr. pag. 186. & c. 11. pag. 266. Cæterum Feudorum compilatores & vulgo Dd. alter alterum sequuti exemplo avium, quas regales appellant, quarum unam prævolantem reliquæ omnes cæteratim insequi solent, Jacob. Thoming. de c. 48. n. 21. hanc distinctionem fastidiaverunt, quod & Obertum fecisse in c. un. in prin. 2. F. 33. conqueruntur Matth. Wijemb. in Epit. Feud. c. 6. in pr. (b) c. un. 1. F. 25. Herm. Vult lib. 1. Feud. c. 7. n. 4. Conrad. Rittersh. d. 1. Mozz. de subst. Feud. n. 33. Hunn. d. tract. c. 11. pag. 271. (c) Fadem dicitur Investitio c. un. 1. F. 26. c. un. 1. F. 28. nostrate lingua die Belohnung der Lehenschafft & Johan. Schneidw. in Epit. Feud. part. 4. n. 2. Unde autem hæc vox descendant, non est consona omnium sententia. Vult l. 1. F. c. 7. n. 5. Dominic. Arum. Disp. Feud. 5. th. 4. & alij Opinionem Cuiacij lib. 8. Obs. c. 14. & in comment. ad c. un. in pr. 2. F. 3. hanc vocem esse Romanam probantis, amplexantur. Henricus Bocerus in tract. de Investitura Feudi c. 1. n. 15. Rittersh. in Part. feud. lib. 1. c. 8. quæst. 2. Gothonfred. Anton. Disp. Feud. 4. th. 1. lit. C. Hotomanni in Lexico verb. Investitura, haur inconcinnè eam derivantis à Germanico Besi & Besigen/ quod firmare demotat

notat (unde etiam in titulis increbuit, Ernyess
quasi dicas, retinens ac servans honoris) siqui-
dem ipsa Investitura realiter confirmetur Va-
sallus sententiae subribunt. Et quis negaret, quin
distortam hanc , semi-crudam & barbaram vo-
culturam Pop. Quirit. lustralibus februis expia-
set , si purissimo isthoc seculo exaudita fuisset ?
Conjecturam hanc Bocero d. l. teste juvat , quod
maximam partem voces in Feudorum libris
origine-tenus germanicæ videantur , ut sunt
Morganatica Marchio, Marchia, Vasallus &c.
quibus in nostro idiomate respondent , Mor-
gengab Marggraff/March/ Vaselen. &c. Con-
trarium est disvestire c. un. i. F. 7. vel Exfestu-
care quasi per signum festuce auferre, hoc est ,
adimere feudum. Conrad. Rittersh. præalleg. loc. V. 2.
lent.. Arithmaeus Disp. Feud. 7. th. 1. lit. B.

II.

Quam (a) definimus , quod sit rei feudalis solennis
(b) cœlio (c) à Domino vel ejus Procuratore (d) , Vasal-
lo , aut alij ipsius nomine , speciale mandatum habenti
(e) coram certis quibusdam Personis (f) sub præstatio-
ne fidei facta . (g)

(a) Vox haec ~~πολύτονος~~ est, modò in genere su-
mitur , & quemlibet actum significat , quo ali-
cui possessio quoconq; jure conceditur gloss. in
pr. I. de V. Oblig. in verb firmum , quia ut homo
vestitur vestibus , ita quilibet possessione feu-
di , Emphyteuseis vel alterius rei quodam-
modo vestiri videtur , Andr. Knichen in tract. de
Investitur. pactionib. part. I. c. I. n. I. modò speciali-
ter & ad Feudum refertur. un. I. F. 25. & tum
vel ipsam feudi possessionem c. un. 2. F. 2. vel
Instrumentum Investitrale , quod Breve Testa-
tum alio nomine dicitur c. un. 2. F. 32. Vid. infra.

lib. 14. Den Lehensbrief / vel ipsum investiendi
actum (quæ genuina & hujus loci significatio)
Die Belehnung der Lehenſchafft/die Belehnem-
pfengniß denotat c. un. 1. F. 25. c. un. 2. F. 1. Vult.
lib. 1. de Feud. c. 7. n. 6. Georg. Obrecht. tract. Feud.
lib. 2. c. 8. n. 4. Bocerus de Invest. Feud. c. 1. n. 12. (b)
c. un. 2. F. 2. c. un. 2. F. 32. (c) cui nonnunquam
dat causam mutuum *orvadayua* seu contra-
etus , ut Emptio Cambium, & similes, per quos
tamen feudum nobis non acquirimus, sed alte-
rum nobis obstringimus ad dandum vel faci-
endum aliquid , l. Obligationum 3. in pr. ff. de Q.
& A. l. traditionibus 20. C. de pac̄t. Vult. l.b. 1. de
Feud. c. 7. n. 7. Hunn. tract. Feud. c. 11. pag. 272o
(d) c. un. §. 1. vers. sed utrum 2.F. 3. c. 1. §. item sciendum
§. item investitura 2. F. 18. ad hoc speciale man-
datum habente Jacob. de S. Georg. in verb. qui qui-
dem investit. n. 11. & 12 Ferem. Serfer de Furam. lib. 2.
c. 2. n. 15. vel Dominoratihabitione hunc actum
cōsolidante l quod si 26 ff. de Minor Sic Procurator
qui Principis nomine Investiturā facit, est cancellarius , ut dicit Wesenb. de Feud. c. 8. & vacante
Imperio Elector Palatinus ad Rhenum ex aurea
bulla Carol. IV. tit. 5. de Fure Comitis Palatini Rheni &c.
(e) Utrinq; enim hoc negotium per procurato-
rem expediri potest c. un. 2. F. 3. ibid. Gotho-
fred. (f) c. un. 2. F. 2. c. un. 2. F. 3. 24 vid. infra th. 10.
(g) c. un. 2. F. §. 6. 7.

III.

Investitura fit aut de novo aut de veteri beneficio,
(a) Unde prima ejus divisio in novam & veterem re-
sultat. (b)

(a) c. un. 2. F. 3. (b) c. un. vers. novam 2.F. 32. c. un. 2.
F. 91. in Extraord. Bocer. de Investit. Feud. c. 2. n. 1.
& 2. Obrech. tract. Feud. lib. 2. c. 8. n. 9.

4. Altera

IV.

Altera divisio est in Propriam & Impropiam.

Per text. in c. un. 2. F. 2. Ful. Clarus in s. Feudum quæst. 26. n. 1. Mozz. de subst. Feud. n. 35. Borcholt de Feud. c. 7. n. 4. Wese[n]b. de Feud. c. 8. n. 11. Frat[c]c. Sonsbet. part. 9. n. 2. Ludolph. Schrad. p. 5. c. 2. n. 1. Schneidvv. p. 4. n. 9. Eberhard. Bronchorst in sua Method. Feudal. c. 5. pag. 59; Bocerus de Invest. Feud. c. 7. n. 4. Hermann. Vultei autem lib. 1. F. c. 7. n. 11. & Niell. Disp. Feud. 4. th. 3. lit. F. hanc communiter receptam divisionem exauktorare annituntur argumentis haut frivolis. Sed quia rotundus Juris nostri Feudalis textus eam statuminat, non Minervæ calculus nobis erit, hujus & illius auctoritas. Dominic. arum. Disp. Feud. 5. th. 6. Ioham. Gæd. Disp. F. 3. th. 2. lit. C. Dn. Matthia[us]. Stephan. Disp. F. 4. th. 1. Hunn. in tract. Feud. c. 11. p. 306.

V.

Illa est rei Feudalis apprehensio, Ejusdemq[ue] vacua possessionis realis traditio.

c. un. 2. F. 2. c. 1. 2. F. 33 cum scilicet Dominus Vallum suum corporaliter & realiter in possessionem fundi Feudalis inducit, Wann der Lehnsmann in den Besitz des Lehnsguts Würflich vnd Leiblich einverleitet/ eingescheket vnd installirt wirdt ut vulgo loquuntur Dn. Conrad. Rittersh. in Partie. F. lib. 1. c. 8. n. 4. Bocerus de Invest. Feud. c. 2. n. 71. Wese[n]b. de Feud. c. 8. n. 11.

VI.

Hæc est (a) futuræ possessionis (b) per verba (c) & signa (d) adumbratilis & imaginaria repræsentatio.

(a) Dicitur alias à Dd. Abusivæ, Borcholt de Feud. c. 7. n. 1. Verbalis Schneidvv. part. 4. c. 1. n. 4. Ceremonialis Bronchorst in Method. Feud. c. 5. Civilis Egungi

equin Baro in c. un. 2. F. 4 utputa quæ contractum
ultrò citroq; obligatorium quidem corrobora-
rat, sed non exemplū facit Vasallum rei feu-
dalis possessorem, nisi res, castrum, fundus &c.
oculis sint exposita, tum enim transfert
possessionem & pro traditione naturali habe-
tur arg. l. Claribus 74. ff. de contrah. Empt. Nam o-
culi longæ manus instar habentur l. posseſſio. l.
§. pen. l. quod meo nomine 18. §. 2. ff. de adquir. vel
amitt. posſeſſ. Dn. Conrad. Rittersh. in Part. Feud.
lib. 1. c. 3. quest. 6. Borcholt de Feud. c. 7. n. 7. (b)
quam præcise dare tenetur c. un. vers. si facta 2.
F. 26. si minus, Vasallus per eam facultatem
consequitur, vel propria auctoritate posses-
sionem apprehendendi arg. d. l. 1. §. pen. l. 18 §. 2.
ff. d. acquir. vel amitt. posſeſſ. Johan. Borch de Feud.
c. 7. n. 7. Hunn. tract. Feud. c. 11. pag. 309.
vel actione competenti cogendi Seniorem
ad rei in feudatæ præstationem, si ejus ha-
bet facultatem Wesemb. consil. 64. n. 3. nec
præstanto interesse liberatur d. c. un. vers. si fa-
cta 2. F. 26. c. un. §. 1. 2. F. 7. Schneidvv. p. 4. c. x.
n. 11. Ful. Clar. in §. Feudum quest. 26. Mynsing. cent. 4.
obs. 61. Vultei. de Feud. c. 10. n. 10. Udalr 24. part. 6. n. 12.
Mozz. de subst. Feud. n. 36. vers. alius & tertius Dn.
Conrad.. Rittersh. Disp. Feud. 4. th. 31. Hunn. tract.
Feud. c. 11. pag. 308. (c) ut ecce si Dominus coram
Paribus curiae Vasallo dicat, Vade in posses-
sionem illius fundi & tene illum pro feudo c. un. 2.
F. 33. (d) quæ debent esse corporea & in ocu-
los incidentia, ut Gladius, Vexillum Bacu-
lus, Virga, Annulus, Liber, Chiroteca, Ha-
sta, Torques, Sceptrum &c c. un. 2. F. 2. & ibi Dd.
Ut autem sunt variaz Feudorum species, ita
quaq; infeudationis notæ & signa sunt variaz
Alia namq; in Regibus, alia in Episcopis, alia
in Ducis.

in Ducibus , alia in Comitibus , alia item in
Minoribus Vasallis adhiberi solent Hotomann.
in disp. de Feud. c. 23. Schrad. de Feud. part. s. c. 2.
n. 2. Schoner. Disp. Feud. s. th. 23. Hodié ab Imp. ma-
gnorum Feudorum Ducatus , Marchionatus ,
Comitatus Investitura sit per evaginatum gla-
dium , ita ut Vasallus præstata fidelitate capu-
lum apprehendat & extremum ejus conum o-
sculetur ; Ecclesiasticæ vero Personæ per bacu-
lum investiuntur , unde illa Feuda Krumb-
stäbische Lehen / oder vom Krümmen Stab her-
rührende Lehen appellantur , vide Disp. collegij pri-
mam th. 15. Vult. de Feud. lib. 1. c. 7.n. 29. Non-
nunquam etiam Majora Feuda ab Imperato-
re sub vexillis dantur , unde Fahnen Specul.
Saxon. lib. 3. artic. 59. & 60. Recessus Imperij de An-
no 1521. §. Und behalten vns vor die Belehnung
der Lehen / vnd Regalien derjenigen / die sie vnter
den Fahnen öffentlich mit solenniteten pflegen zu
empfangen. Schrad. in tract. de Feud. p. 2. c. 3.n. 6.
Vid. disp. 1. th. 17. Accurrate tamen in hoc nego-
tio cuiuscunq; regionis consuetudo & Curiae
stylus est observaudus. Frideric. Schenck. Baro à
Tautenberg in c. un. 2. F. 4. n. 3. Henric. à Rosenthal
in Synops. Juris Feudalis c. 6. conclus. 3. n. 1. lit. B.
Georg. Obrecht in tract. Feud. lib. 2. c. 8. n. 32. & seq
Modum investiendi Regibus Neapolitanis usi-
tatum ex Pontan. lib. 2. de rebus gestis Regis Ferdi-
nandi Alfonsi F. refert Hennigius Arnicensis lib. 1. de
Fur. Majest. c. 5. n. 18.

V I I.

Efflorescit ex modo dictis quæstio in utramvis par-
te dudum disputata: Si Dominus post Investituram abu-
sivam Mævio factam, Titio possessionem Feudi realiter
tradiderit , uter potior existimandus? Posteriorem Ti-

H

tium.

tiūm, utpote cui data possētio, præferendum arbitra-
mur, licet non inficias eam, Dominum priori Mævio
ad æquivalens & paris estimationis feudum tenerit;

c. un. 2. F. 8. arg. l. quotiens duobus 15. C. de Rei Vind.
Herm. Vult. de Feud. c. 10. n. 11. Borcholt. c. 7. n. 12.
Sonsbec. part. 9. n. 33. Wesemb. c. 8. n. 16. Hartman.
Pistoris part. 2. quest. 29. n. 11. Andreas Fachineus
lib. 7. controvers. cap. 32. & seq. Arum. Disp. Feud. s.
th. 10. Dn. Matthias Stephans Disp. Feud. 4. th. 2. Bron-
chorst. cent. 2. Miscell. Jur. controvers. assert. 86. pag. 442.

VIII.

Certum tempus p̄tendæ Investituræ in novo Feu-
do scita Feudistica non determinant, ad requisito-
rem verò Domini Vasallum comparere debere, fideli-
tatisq; juramentum præstare disponunt: Ideoq; si Va-
sallus ter admonitus ad Curiam Senioris venire recla-
maverit, fidelitatemq; jurare nōuerit, Dominus cum
investire non tenetur; (a) Idem observare debet Vasal-
lus in Persona Domini, cum ad paria judicentur. (b)

(a) c. un. 5. 1. 2. F. 24. Borch. de Feud. c. 7. n. 29. Curt.
Junior de Feud. part. 4. n. 56. Mozz. de subst. Feud.
n. 53. Arum. Disp. Feudat. s. th. 24. Borerus de Investit.
feud. c. 6. n. 2. Et licet cæteroquin regulariter
jure receptum sit, ut citatio una peremptoria
sit loco trium l. nonnunquam 72. ff. d. Jūdic. & ubi
quing. &c. hoc tamen casu præcisè tria admo-
nitione seu citatione opus est, Vult. de feud. c. 7.
n. 22. Gæd. Disp. F. 3. th. 5. lit. C. Namq; gemina-
tio genotat firmitatem voluntatis ac consensus,
inducitq; diversitatem ab actu simplici per
quingenta 12. ff. de probat. Eberhard. in locu legal. in
loco à vi gemina, multo magis id operabitur tri-
plicatio, cum funiculus triplex difficilius rum-
patur ut inquit gl. in c. un. verb. funiculi, de Treuga
& pace,

& pate, afferente vvesemb. consil. 4. n. 30. & tertio re-
petitæ clausulæ majorem quam geminatæ ha-
bent efficaciam Pruckman. in tract. de Regalib. ru-
bris. t. 5. n. 78. Joachim. Schepilitz. in Promptuario fu-
ri. civ. & Feudalit. tit. 1. §. 4. n. 7. & 8. (b) c. un. in
fin. 2. F. 6. sed hortandus verocundè l. cum ad-
firmes 8. C. de liberal. caus. & salvâ reverentiâ
competenter cogendus c. un. 2. F. 22. ut posses-
sionem restituat, sicut secus & ter admonitus In-
vestituram facere distulerit, tunc licet Vasallo
ad majorem potestatem ire & sibi consulere.
& si Dominus ei justitiam facere noluerit, po-
terit eum deprædari d. c. un. 2. F. 22. Vid. Dn.
Conrad. Rittershus. in Partit. Feud. lib. 2. c. 8. quæst. 12.

IX.

Tertia divisio Investituræ est in singularem, quando
Unus & Simultanem (a) quando plures de eodem Feu-
do simul investiuntur, cujus, in Jure Saxonico, maxi-
mus est usus. (b)

(a) Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 20. n. 4. & quæst. 29.
n. 32. Henningus Goden consil. 22. per tot. Vult. de feud.
lib. 1. c. 6. 7. n. 54. Dn. Ernest. Cothm. Consil. 26. n. 15.
& jeqq. vol. 1. Vocant hanc Investituram con-
junctæ Manus, simultaneæ manus, Die gesam-
bte Hand oder gesamtheitliche Belehnung obrecht in tr.
feud. lib. 2. c. 9. n. 1. Et his, qui simultaneæ investi-
ti sunt lis conjunctæ manus concessa, & jus
conjunctæ manus tributum dicitur, Das sie in
rechter gesambten Hand belehnet / ein sempelich
Lehen aussgebracht vnd erlanget haben/ in gesambt-
en Lehen sitzen / die gesamtheit Hand haben an ei-
nem Lehen. Bocer. de Investit. feud. c. 2. n. 87. (b)
Est tamen differentia inter Simultanem Inve-
stituram Jure Feudali communi cognitam,
& Jure consuetudinario Saxonico receptam,

H 2 nam illa

Nam illa secundum regulas Juris Feudalis de-
finitur, hæc ex consuetudine interpretatio-
nem accipit; illa non ante petitur, quam si
successio deferatur, ista totiens petenda vel re-
petenda, quotiens vel Vasallus Feudi posse-
for diem obit, vel Feudi Dominus moritur,
vel alioqui Feudi Domini vel Vasalli Persona
mutatur Hieronym. Schurff. tent. 1. consil. 15. in me-
dio Dn. Gothm. d. consil. 26. n. 20. & seqq. vol. 1. &
consil. 35. n. 9. & 10. vol. 3. ubi symbola ac notas simul-
taneæ Investitura Saxonica recenseret.

X.

Substantia Investituræ posita est in solennitatibus
(a) quibus si destituitur nullius est investitus; (b) Inter illas
primas sibi vendicat testium adhibitio (c) ad minimum
duorum (d) corūdemq; Curiæ Parium. (e)

(a) c. un. in pr. verb. solenniter 2. F. 2. (b) c. un. 2.
F. 32. (c) quippe quos non tantum ad proba-
tionem, sed magis ad substantiam actus, si sub-
sistere debet, intervenire necesse est c. un. 2. F. 2.
Rittersh. in Part. feud. lib. 1. c. 9. quest. 2. in fin. We-
semb. de F. c. 8. n. 14. Schenck Baro ad c. un. 2. F. 32.
n. 1. & seq. Borch. de F. c. 7. n. 26. Vult. de F. c. 7. n. 25.
Jacob. Aleman. in palaff. consult. consult. c. pag. 287. qua-
propter recte Sonsbecius de feud. part. 9. n. 26. alle-
rere videtur, Feudum non constitui, etiam si mil-
le extranei testes adessent, quia scilicet Paros
ad solennitatem Investituræ pertinent d. c. un. 2.
F. 32. (d) pluralis enim locutio duorum nu-
mero contenta est c. un. 8. 1. 2. F. 58. l. ubi
numeris 12. ff. de Testib. Schneid. p. 4. n. 12.
(e) sermo nobis est de Nova Investitura, Reno-
vata namq; coram extraneis et jam recte expe-
diri potest c. un. 2. F. 32. Ratio hujus solenni-
tatis est, nequa' falsitas in pernicie Domini
ex cogitetur, alijs testibus productis, pecunia
forte.

forre vel odio vel gratia corruptis c. un. 1. F. 26.
vers. testes vero, qua suspicione Pares Curiae non
possunt onerari, cum auctiori vinculo Domi-
no sint obstricti c. un. §. idcirco 2. F. 58. Obrecht.
tract. feud. lib. 2. c. 8. n. 6x. Hattif. in analysi Feudal.
c. 9. lit. F. Bocerus de Investit. feud. c. 4. n. 54. Dn.
Corthm. consil. 41. n. 13. & seqq. vol. 3. Sunt autem
Pares Curiae, qui etiam dicuntur Pares Curtis
c. un. §. 3. 1. F. 4. Pares de domo c. un. 1. F. 26.
Pares domus c. un. 2. F. 16. & absoluti Pares
ibid. Item Compares c. un. 2. F. 54. Convaſalli,
apud nos Lehenmänner, qui immediate ab eo-
dem Domino in eodem territorio seu in eadem
ditione, quae speciale habet titulum, & ad
unius iustam administrationem respicit, Feuda-
tēnt c. un. §. testes 1. F. 26. Vult. de feud. lib. 1.
c. 7. n. 24. Sonsb part. 4. n. 2. Munsing cent. 4. ob-
serv. 89. VVesemb. 6. 17. n. 3. Fachin. lib. 7. controvers.
c. 10. 2. Atq; idē Pares appellantur, quod respe-
ctu inter se & beneficij ab eodem Dominico
foute profluentis Pares sibi invicem sint, Do-
mini vero contemplatione dispares, utpote eo
inferiores Githofr. Anton. Disp. 4. F. 1b 6. lit. C. Dua-
ren. de feud. c. 7. n. 3. VVesemb. d. c. n. 3. Obrecht dd.
lib. & cap. n. 60. Bocer. d. c. n. 52.

XI.

In horum defectum, vel si Dominus omnino nullos
habeat, (a) vel si habeat, & compare vel noluerint
(b) vel nequierint, (c) Extranei adhiberi possunt, liberi
interim (d) Masculi (e) ac Meliores, qui haberi pos-
sunt. (f)

(a) c. un. §. 1. 2. F. 2. c. 1. 2. F. 33. c. un. §. 1. 2.
F. 58. cum necessitas sit exlex & solennitatibus
Juris non reguletur l. cum antiquitas 28. C. de Testam.
Vult. de feud. lib. 1. c. 7. n. 27. Arum. Disp. Feud. 5. th. 19.

H. 2

(b) citandi

(b) citandi sunt Pares & aliquo tempore arbitrio Judicis definiendo expectandi, Boer. de Investit. feud. c. 4. n. 57. si adhucnum tergiversentur & contumaciter emaneant multâ indicâ pñalij; Judicis cogendi sunt, Schenck. Baro ad c. un. in pr. 2. F. 2. n. 6. arg. l. un ff. si quis fuis dicenti non obtemp c. un. s. si enim Domino, in verb. tum Domino cogente 2. F. 2. Vult. de feud. lib. 1. c. 7. n. 27. Boer. d. l. n. 59. Obrecht tract. feud. lib. 2. c. 8. n. 65. Hunn. tract. F. c. 11. pag. 277. Itaq; si hoc pñale judicium rei moram & exinde noxiām acceleraturum sit, alij, si quos habeat, vocandi sunt, si verò desint, recte Extranei adhibentur c. un. vers. si autem investigara 2. F. 2. c. un. s. quod an- zem dictum 2. F. 33. c. un. s. 1. 2. F. 58. Schneidew. in epit. feud. part. 4. n. 15, Schrad. de feud. part. 5. c. 2. n. 10. Vult. d. l. (c) fortassean ob longam itine- rum intercapedinem, quo circa etiam propin- quioribus existentibus remotioribus parcen- dum, æquitas suadet Schenck. Baro ad c. un. 2. F. 2. n. 6. Vult. d. l. & n. (d) non servi, cum hi nul- lam Juris civilis communionem habeant l. quod attinet 32. ff. de Reg. Far. Investituræ verò actus sit civilis c. un. s. 1. vers. aliqui 2. F. 58. (e). c. un. 2. F. 32. in fin. (f) c. un. 2. F. 58.

XII.

Hæc ita procedunt in Laicis, in Clericis major est difficultas, utrum & illi Pares Curie adhibere teneantur? Distinctione difficultatis nodum resecamus,

Aut de rebus Ecclesiasticis investituram faci-
uat Clerici, & possunt quosvis indifferenter ad-
hibere c. un. vers. hac omnia 1. F. 26. aut de rebus
patrimonialibus sive proprijs allodijs, quorum
respectu Clerici pro Laicis habentur l. de his
clericis 3. ubi Dd. C. de Episcop. & Cleric. & tum-
merito

merito Laicis adaequantur c. un. in pr. 2. F. 32.
Ratio differentiae redditur in d. c. un. in pr. ibi,
in Clericorum Feudo 1. F. 26. Vid. Vult. de F. c. 7. n. 28.
qui prolixè hunc textum exodare allaborat, quem tam
men Boerus de Invest. Feud. c. 4. n. 63. corrigit. Videan-
tur quoq; Arum Disp. Feud. s. th. 21. Dn. Matthias
Stephani Disp. F. 4. th. 9. Sonsbec. part. 9. n. 19. Borch. c. 7.
n. 28. VVfemb. c. 8. n. 14. Obrecht. tract. Feud. lib. 2.
c. 8. n. 66. Hunn. tract. Feud. c. 11. pag. 279.

XIII.

Elegantissimæ hoc loci est quæstionis, Utrum si
errore Extranei adhibiti fuerint testes, qñi Investituræ
tempore, pro Paribus Curiæ, consonâ omnium opinio-
ne habebantur, Investitura peracta sustineatur, vel
annihiletur?

Posteriori ajentibus, cum Hann. in tract. Feud.
c. 11. pag. 277. herbam porrigitur.

XIV.

Ad probandum id, quod Investiturâ actum est, &
multarum controversiarum inter Dominum & Vasal-
lum de facili gliscentium redimicardarum gratia, solet.
Investiturale Instrumentum Ein Lehenbrieff (a) con-
fici, nonnunquam per Metonymiam Investitura, non-
nunquam Breve testatum (b) dicitur, quod si Infeuda-
tus sibi dari petat, Dominus omnino dare, & contra
Vassallus ejusdem tenoris antapochiam seu Reversale
reddere tenetur. (c)

(a) cui licet multum tribuamini, cum scriptu-
ra accedat contractibus facilioris probationis
causa, & semper loquatur, Sichard. ad l. 15. C. de
Rei vindicat. attamen substantialem Investituræ
eam esse, eaq; omissâ totum actum corrueire
negamus i. un. 2. f. 2. 6, un. 2. F. 32. l. debitores. i. l.
instrumentum

instrumentū 9. C. d. fide instrument. l. pactum quod 17.
C. de pact. l. cum te transegisse. C. de transact. &
ibi Sichard. n. 4. Vult. d. F. lib. 1. c. 7. n. 42. VVesemb.
c. 8. n. 31. Mozz. de salb. Feud. n. 63. Schneidw. part. 4.
n. 20. Rosenthal. in synops. Feud. c. 6. conclus. 4. Dn.
Conrad. Rittersh. in Partit. Feud. lib. 1. c. 9. quæst. 1.
Si verò hoc inter illos specialiter convenit, ut
quicquid in Investitura actum, in scripturam
redigatur, eo casu, nisi accedat, Investituram
esse nullana ultrò fatemur l. contractus 17. C. de
fid. instrum. §. sed hoc quidem l. de Empt. & Venda
Vult. de F. lib. 1. c. 7. n. 42. Hodiè verò de con-
suetudine generali inveterata regulariter in-
strumentum Investituræ Ein Lehenbrieff (cujus
formulas germanicas videre licet apud Schneidw.
in Epit. Feud. part. 1. n. 29. in adnotat. lit. E.) tam
de novo, quam veteri Feudo fieri & Domini
sigillo muniri solet; Das man die Lehenbrieff
verehdert / Schneid. & Vult. præcit. ll. Obrecht. tract.
Feud. lib. 2. c. 8. n. 76. & seq. (b) c. un. 2. F. 8. c. un. 2.
F. 18. c. un. 1. F. 3. c. un. 1. F. 4. c. un. 2.
F. 32. & pañim. Est autem Breve Testatum in-
strumentum publicum c. un. §. si autem Investitu-
ra 2. F. 2. c. un. §. ult. 2. F. 25. investituræ ne-
gotium continens, testium subscriptione con-
firmatum. Vult. de Feud. lib. 1. c. 7. n. 42. Bocer. de
Invest. Feud. c. 4. n. 68. (c) VVesemb. c. 8. n. 15. & 31.
l. 17. C. de fid. instrum. ibid. Dd. Vult. d. l.

XV.

Conficiundo huic instrumento testes adhibendi
sunt; (a) Dequalitate eorum, non convenit inter FF.
his Pares Curiae, illis quosvis Extrancos requirenti-
bus. (b).

(a) c. un. 2. F. 1. c. 1. §. sed & alij 2. F. 32. (b) O-
berius in dd. ll. Pares Curiae exigit, cæteri Me-
diolanen-

diolanenses rescribunt, tam Pares quam Ex-
traneos sufficere d. c. un. §. Consules 2. F. 32. quæ
apparens *aviloyia* multos in ea enodanda labo-
rantes dudum torsit & exercuit: Nos remur
nullam heic subesse difficultatem, quandoqui-
dem d. c. un. 2. F. 32. varias opiniones tantum
recenset & nihil certi definit.

XVI.

Subsequitur (a) Investituram fidelitatis (b) promis-
sio, in omni Feudo indiscriminatim (c) præstanda,
quam nisi faciat Vasallus, vel ipsus, vel Procurator e-
jus nomine, (d) beneficiō, de quo spem habet, est cari-
turus: (e) Estq; alia Jurata, alia Injurata; (f) Illa Ligia
vel non Ligia. (g)

(a) c. un. 2. F. 4. c. un. §. 1. 2. F. 7. Dn. Rittersh. in part.
Feud. lib. 1. c. 10. quast. 1. Vult. de F. lib. 1. c. 7. n. 40.
Hunn. tract. Feud. c. 11. pag. 285. (b) quæ feudo ita
essentialis est, ut sit unicum ejus fulcrum ac
nervus, quō inciso illud exinaniri necessum
est, Communiter dicitur Vasallagium, Homa-
gium, die Lehenspflicht/concinniūs Hominiū,
quam vocem elegantiorem & antiquiorem
putant Cujac. 8. Obs. 14. & Seiser de Juram. lib. 2.
c. 2. n. 5. Fidelitatis vox generalis est, & o-
mnia exhaustit, quæ specialiter in formula Ju-
ramenti de ea nominatim cōcepti c. un. 2. F. 5. 6. 7
comprehenduntur. Vult. d. l. n. 5. & seqq. tripli-
cem Fidelitatem constituit; Unam Juramenti
Subjectionis, quam subditus præstat intuitu U-
niversalis territorij & subjectionis, Die Erb
vnd Landhuldigungspflicht der Unterthanen / de
qua latè Andr. Knichen de Fur. territ. c. 2. n. 157. &
seqq. Alteram Domesticitatis, Die Dienstpflicht
oder Amtsfpflicht/ quam domestici præstant ei,
cujus sunt domestici, respectu officij, quod in-

domo habent; cujusmodi sunt Cancellarij,
Consiliarij, Dapiferi, Pincernæ, Camerarij,
alijq; de familia e. un. 2. F. 5: Ultimam Vasallagi
sive Homagij; Die Lehenspflichtshuldigung /
quæ à Vasallo ob feudum sibi concessum pre-
statur Domino e. un. 2. F. 4. Hanc triplicem fi-
delitatem unus & idem praestare potest, si ni-
mirum, is sit Subditus, Officialis & Vasallus,
Vult. d. l. Dn: Conrad. Rittersh. Disp. Feud. 4. th. 39.
(c) etjam in modico, quia plus & minus, non
constituunt diversam speciem l. ale: ff. de fundo
instruct vel instrum. legat. & hoc generaliter cau-
tum est e. un. 2. F. 3. Rosenthal. in synops. Fur. Feud.
e. 6. conclus. 67. Vult. de Feud. lib. 1. c. 7. n. 37. Bocer.
de Invest. F. c. 4. n. 13. Hunn. tract. F. c. 11. pag. 286 ut
& in Franco Jacobin. d. S. Georg. in verb. qui quidem
investiti n. 74. Zas. part. 3. n. 3. Jul. Clar. in S. Feu-
dum quest. 16. n. 2. Bocer. d. l. n. 14. Hunn. d. l. (d)
e. un. §. 1. 2. F. 3. c. un. 2. F. 58. Hartm. Pistor. 2.
quest. 47. in fin. Schrad. de F. part. 6. c. 4. n. 3. Vult.
c. 7. n. 32. Jul. Clar. d. §. quest. 49. n. 13. Wesemb.
c. 8. n. 24. Bocer. de Invest. c. 4. n. 22. & seqq. Si tan-
men Dominus ob prægnante in causam ipsius
Vasalli corporalem præsentiam urgeat, perso-
naliter comparebit, & homagium ipse presta-
bit ob perjurij lanceps periculum l. pen. §. 4. ff. de
reb. cred. l. non solum 39. §. 1. ff. de Procurat. l. 123. ff. de
Reg. Fur. Jacobin. de S. Georg. d. l. n. 12. Moller. lib. 4.
Semestr. c. 20. n. 4. Schneid. pars. 5. n. 88. Vult. de F.
lib. i. c. 7. n. 32. Rittersh. in Partit. Feud. lib. 1. c. 9.
quest. 5. (e) c. un. vers. nullæ autem 2. F. 3. l. cum
proponas 21. C. de paci. (f) d. c. un: in fin. 2. F. 3. Et
quidem regulariter fidelitatis promissio est ju-
ratoria, nisi vel pacto juramentum sit Vasallo
remissum d. c. un. & c. un. §. 1. 2. F. 24. qui si id
ipsum non præstat, Vasallus per non Sacra-
mentum vo-

rum vocatur c. un. in fin. 2. F. 47. vel Ecclesiæ
feudum sit concessum c. un. 2. F. 101. in Extraord.
Bocer. de Invest. Feud. c. 4. n. 18. Hattys. in analys.
Feud. c. 9. lit. A. vel impubes sit infeudatus c. un.
I. si Minori 2. F. 26. Bocer. d. l. n. 12. (g) Ligia,
qua jurat fidelitatem contra omnem hominem,
nemine excepto c. un. 2. F. 99. Wann der
Lehenman schweret / daß er sich wil gebrauchen
lassen/wider menniglichen/ niemand aufgeschlos-
sen. Non-Ligia, in cuius præstatione aliquis
nominativ excipitur. Branchorß in Methodo Feud.
c. 5. pag. 62. Vid. Disput. Colleg. 1. th. 23.

XVII.

Proponuntur in Jure Feudali tres formæ Vasalla-
giæ fidelitatis, (a) quæ pro natura Feudi, loci consue-
tudine, & pactis inter utrumq; Dominum & Vasallum,
initis ut plurimum variant (b), si verò Dominus Vasal-
lo insolita Jurisjurandi capitula obtrudere velit, pote-
rit Jusjurandum recusare (c) tanquam impressivum,
viq; extortum.

(a) c. un. 2. F. 5. 6. 7. inter quas maximè enu-
cleata est, quæ ultimo loco adfertur, utputa
quæ quam accuratissimè Vasallitiæ fidei par-
tes exponit, quam& Feudista ait in omnibus fe-
rè curijs obtainere ac frequetari, Rittersh. in Partie.
Feud. lib. 1. c. 10. quest. 4. & seqq. ubi latè & eleganter
eam explicat. Oberius in c. un. 2. F. 6. sex ponit fi-
delitatis capita, Incolume, Tutum, Hone-
stum, Utile, Facile, Possibile, queis Dd. duo,
nempè Consilium & Auxilium superaddunt,
Sonsber. part. 9. n. 21. Wejemb. c. 8. n. 27. Vult. c. 7.
n. 40. (b) arg. c. un. 2. F. 7. Zaf. part. 7. n. 16.
Schrad. part. 6. c. 4. n. 2. In Patria mea Pomera-
nia sequens Iutamenti Vasallagij formula à No-
bilibus ratione Feudi præstatur. Ich gerede /

lobt vnd schwere dem Durchleuchtigen Hochge-
bornen Fürsten vnd Herrn N. N. vnd S. F. G.
Erben eine rechte wahre Erbhuldigung/ S. F. G.
treu/ gehorsam vnd gewerig zu seyn/ S. F. G. be-
stes zu wissen vnd fodern / S. F. G. argste vnd
schaden zuwaruen vnd zuwenden/ nach meinem
höchsten vermügen/ Ich wil auch in der stette nicht
stehen / da S. F. G. an deroselben Fürstlichen
Ehren / Würden vnd Gütern verkleinert solte
werden / wann ich von S. F. G. vmb Nach ges-
fürdet werde / dasz ratzen / dasz meines erachtens
S. F. G. in Ehren vnd gute gerechten möge/ vnd
mich davon mein oder jemands anders nuz/gunst
oder abgunst nicht ziehen oder bewegen lassen /
Vnd die geheimnuß/ dasz es S. F. G. zu schaden
oder nachtheil/gereichen möchte/ nicht vermelden/
vnd wil auch meine Lehengüter / die Ich von
S. F. G. habe/ nirgend anders/dann von S. F. G.
verrechten noch vordienen / vnd ob ich enliche
Vorschwiegene Lehne ersühre/ die wil ich S. F. G.
vermelden/ vnd mich sonst gegen S. F. G. in allen
thun halten / als einem frommen/ treuen Unter-
thanen vnd Lehnenman geziemt vnd gebühret/ Als
mir Gott helfe vnd sein heiliges Euangelium. Si-
miles formulæ videri possunt apud Herman. Vult.
lib. 1. de Feud. c. 7. n. 40. Georg. Obrecht. tract. Feud.
lib. 2. c. 8. n. 28. Bocer. de Invest. Feud. c. 4. n. 20. (c)
Borch. de F. c. 7. n. 39. Rosenthal in synops. Feud.
conclus. 69 n. 14. & conclus. 86. n. 3. Hartm. Hart-
manni 2. pract. Obs. sub tit. de Feud. n. 14. Jacob. de S.
Georg. in verb. qui quidem investiti n. 2. Vult. lib. 7.
c. 7. n. 40. Seif. de Juram. lib. 2. c. 2. n. 19. Bocer. d.
tract. & c. n. 21.

XVIII.

Qualitas Investituræ partim in modo consistit, ut
fiat vel

fiat vel purè, vel in diem vel sub conditione (a) dum modo honesta sit & possibilis. (b)

(a) c. un. 1. F. 2. c. un. 1. F. 9. c. un. 2. F. 35. Boçerus de In-

vest. Fend. c. 5. à. n. 1. aduiḡ 12. Vult. lib. 1. c. 7. n. 44.

(b) impossibilis etenim conditio Investituram.

viciat, cum quamvis etiam conventionem irri-

tat faciat l. non solum 31. ff. de O. & A. l. imposi-

bilis 7. ff. de V. O. &. si impossibilis l. de inutilib. stipul.

Goed. in tratt. d. contrah. & committend. Stipul. c. 8.

conclus. 9.

XIX.

Partim in accessorijs spectatur, puta pactis quæ ut alijs negotijs (a) ita & Investituræ apponi solent, quam alterant atq; modificant. (b)

(a) quibus adjecta formam & legem dare so-

lent l. Furūgentium 7. §. 5. ff. de pact. l. in conven-

tionalibus 52. ff. de V. O. l. i. §. 6. ff. Depositii. l. con-

tractus 23. ff. de Reg. Fur. (b) c. un. §. 2. 1. F. 8. c. un.

§. ult. 1. F. 14. c. un. in fin. 2. F. 3. c. un. in pr. 2. F. 3.

c. un. 2. F. 50. Hæc pacta Feudorum Placita non

nunquam Legem Investituræ vocant c. un. in

pr. 2. F. 48. non nunquam ejus Tenorem c. un.

§. i. i. F. 6. c. un. §. 3. 2. F. 2 c. un. in pr. & §. fin. 2.

F. 18. prout qui omni naturæ Feudorum dero-

gar Borchols de Feud. c. i. n. 25. Johann. Petr. Surd.

consil. 153. n. 11. & in angustijs ac renovationi-

bus hoc nobis est, quod Nautis laborantibus

Cynosura Gorbofred. Anton. Disp. Feud. 4. th. 7. lit. F.

XX.

Horum quædam pertinent ad ipsam Feudi. substan-

tiā; contra quam pacisci prohibemur.

arg. l. 12. ff. de precar. S. si impossibili. l. d. Inutilib. fi-

pul. l. 26. & seqq. ff. de V. O. l. 7. & l. 50. ff. de pact. l. 6.

C. cod. ibiq. Sichard. l. 15. ff. de Condit. Instit. Ita

non valet pactum ne fides à Vasallo præstetur.

Das der Lehenman nicht herren vnd gewerfig
oder diensthafftich sein wölle / wie einem außrechten
Lehenman gebührt vnd gezimt / licet valeat ne
jurata præstetur *ut supra th. 16. lit. F. afferimus.*
Enimvero Juramentum non est pars substancialis fidelitatis, sed civili saltem ratione ad
astrigendam Vasalli fidem adhibetur *c. un. 2.*
F. 3. dein quoq; Vir integer absq; juramento
Domino potest esse fidelis. *Thom. de Marin. de*
feud. tit. 16. n. 7. Ita etiam nullius roboris est pactū,
ne ob Feloniam Vasallus Feudo cadat *c. un. 3.*
f. 2. *F. 3.* *c. un. 3.* *Domino 2.* *F. 26.* *c. un. 2.* *F. 38.*
c. un. 2. *F. 47.* *arg. 1.* *Julianus 9.* *§. 3.* *f. ad Exhibend.* & alia ejusdem farinæ Feudi essentiam
subvertentia, quorum aliquā multa *Dn. Conrad.*
Rittershus. in Partit. *F. lib. 1. c. II.* *quest. 1.* *Bocerus*
& Vultejus sparsum recensent.

XXI.

Quædam respiciunt Feudi accidentia & secundarias notas (ut loquuntur) quæ, prout convenerit, mutari possunt, & valent, etiamsi prorsus illis sint contraria (a) modò non sint contra bonos mores. (b)

(a) *c. un. 3. 2.* *F. 2.* *c. un. vers. sed qualitercung,*
2. *F. 48.* *Vult. lib. 1.* *d. Feud.* *c. 7.* *n. 55.* *vers. Pacta*
autem. Sic pactō Investituræ caveri potest, ne
præstet Vasallus Domino suo servitia *c. un. 2.*
F. 104. Item ut Vasallus suis ipsius sumptibus ca-
dem præstet *c. un. 2.* *F. 107.* *Borchols de feud.* *c. 1.*
n. 25. Ut Domini uxorem festivis diebus co-
mitetur *c. un. 3.* *2.* *F. 2.* Ut festivis diebus co-
ram Domino testudine, aliōq; instrumento
ludat, aut ramum viridem & florigerum por-
tet, vel aliud quid simile existimationem suam non devenustans faciat *Andr. Knichen tract*
de pact. Invest. *c. 1.* *n. 13.* & seqq. *Bocerus de Invest..*
feud.

fēnd. c. 5. n. 38; *Ut fōmina succedat c. un. 5. 3.*
c. F. 1. c. un. §. 2. 1. F. 8; *Ut irrequisitō
Domini consensu Feudum donare, vende-
re vel alio modo alienare possit c. un. 2. F. 48.*
Ludolph. Schrad. de feud. part. 6. c. 1. n. 15. (b) arg.
l. Fus publicum 38. ff. de pact. l. si flagiq. 123. ff. de
V. O. Wesemb. in paratit. ff. de passū n. 6. in fin.

XXII.

*Pactorum interpretatio, si tenor Investituræ per-
spicuus, prout verba sonant, (a) si obscurus ac dubius,
ex communi observatione isthius loci, ubi de eadem
controvertitur, (b) si verò de loci consuetudine nihil cō-
stet, secundum genuinam feudi naturam facienda est.*

(a) *arg. l. ille 25. s. 1. ff. de legat. 3. Rarim. Pistor.
lib. 2. quest. Fur. quest. 1. n. 4. Gōden consil. 27. n. 2.
& consil. 104. n. 14. Pruckm. consil. 22. n. 69. vol. 2.
(b) l. in obscuris 114. ff. de Reg. Fur. l. semper 9. ff.
eod. utrobiqui Philipp. Matthei. Bocer. de Feudi accidenti-
o. c. 3. n. 23. & seqq. & in tract. de Investit. Feud. c. 5.
n. 104. & seq. Vult. lib. 1. de Feud. c. 7. n. 56.*

XXIII.

*Constituitur Feudum Investiturā, vel id, quod non
est, faciendo, vel id, quod est, renovando: Hucusq;
quomodo Feudum, quod nondum est, per Investituram
constituatur, indagavimus, consequensest, ut videa-
mus, quomodo feudum, quod est, per Investituram
renovetur.*

XXIV.

*Renovatio, nobis die *Lehensverneuerung*, est redin-
tegratio ac confirmatio Investituræ primitū de feudo
factæ; Quæ recognitio totiens petenda est, quotiens
vel Domini vel Vasallii Persona mutatur, puta alteru-
rō vel utrōq; lucis hujus feudo privato.*

6. 110, 2.

c. un. 2. F. 40. c. un. circ. fin. 2. F. 24. c. un. verso.
præterea si quis 2. F. 55. Petatio quippe Investitu-
ræ signum est reverentia, quam Vasallus Do-
mino debet exhibere; Aliam hujus rei ratio-
nem reddit Ful. Clar. in § Feudum quæst. 49. n. 1.
nempè virtutem juramenti à defuncto præsti-
ti, utpote quod est personale, non egredi Per-
sonam jurantis, sed cum illa expirare, mor-
te omnia solvente s. 1. l. de perpet. & temp. act.
N. 22. c. 20. atq; ideo hanc juramenti renova-
tionem esse necessariam, ut specialiter & ma-
gis efficaciter ex proprio juramento filius Do-
mino obligetur Setser de Furam. lib. 2. c. 2. n. 9.
Vult. lib. 1. de Feud. c. 7. n. 58. Dn. Conrad. Rittersh.
in Partit. Feud. lib. 1. c. 9. quæst. 9. Hattys. in analys.
Feud. c. 9. lit. A. Joachim. Schepluz. in Promptuar.
Fur. civ. & Feud. tit. 1. §. 1. n. 30.

X X V.

Hanc Investituræ renovationem Vasallus Paganus
intra annum & diem (a) à tempore scientiæ mortis Do-
mini computatum (b) Vasallus miles intra annum &
Mensem (c) petere debet, nisi sonicæ quædam causæ
accusationem merentes sint impedimento. (d)

(a) c. un. 2. F. 24. c. un. 2. F. 40. c. un. §. 3. 2. F. 52.
c. un. §. præterea 2. F. 55. (b) c. un. §. 1. ibi ex quo sci-
erit computando 2. F. 9. Ful. Clar. in §. Feudum q. 49.
n. 3. Gail. 2. obs. 48. n. 8. Vult. lib. 1. d. feud. c. 7.
n. 68. Unde apparet tempus hoc à principio
quidem esse utile, sed post scientiam conti-
nuum. Schneid. part. 5. n. 55. Hartm. Hartmanni de
feud. obs. 12. vers. Unde illud tempus, Vult. d. l.
n. 71. (c) c. un. 1. F. 22. Sonsbec. part. II. n. 7. Schrad.
part. 6. c. 2. n. 73. Ful. Clar. d. l. n. 2. Bocer. de In-
vest. feud. c. 6. n. 7. Dn. Matthias Stephani Disp. Feud. 4.
th. 14. Quidam hanc distinctionem Vasalli
Pagani

Pagani & Militis reieciunt in d.c. un. l.F.22. pro
voce Mensim ponentes Diem, Petrus Heig. lib.1.
quest. 16. Borcholt de Feud. c. 7. n. 32 Verum lectio
constans ab unguibus rasorijs & violentis ex-
punctionibus illibata conservanda est, præ-
sertim cum & hic inter utrumq; manifesta di-
versitatis ratio dari possit Valent. Arithm. Disib.
feud. 7. th. 15. lit. B. (d) c. un. 1. F. 22. l. 50. l. 109. l. 140.
l. 180. ff. de Reg. Fur. Mynsing. cent. 5. obs. 9. Rosenth. in Sy-
nopsi Fur. Feud. c. 6. conclus. 69. & seqq. Gail. 2. obs. 152.
n. 13. Vult. d. l. n. 72. & seqq.

X XV I.

Hoc legale tempus Dominus invito Vasallo neq;
constringere (a) neq; prorogare aut protelare potest. (b)

(a) l. 2. l. 4. S. siquiesc. de re iudicat. l. 5. C. de adult. l. 41.
l. 59. ff. de V. O. §. 2. I. eod. Borcholt. c. 7. n. 36.; se cuius
ex dispositione Juris Saxonici, Landrecht. cap. 22.
Vult. lib. 1. c. 7. n. 62. (b) arg. c. un. inf. 2. F. 6. c. un. S.
l. 2. F. 33. Valt. d. l. Dn. Matth. Stephani Disib.
Feud. 4. th. 15. Borch. c. 8. n. 133. Schneid. part. 5. n. 127. Bo-
eer. de Invest. Feud. c. 6. n. 9. Hunn. tract. Feud. 6. 11.
pag. 303.

X XV II.

Vidimus quomodo Feudum per Investituram consti-
tutatur, proximum est perspicere, quomodo consti-
tutum acquiratur: Acquiritur inter vivos dupliciter,
vel per Præscriptionem vel per Adjudicationem, sive
Sententiam Jūdicis.

X XV III.

Si quis per 30. annos (a) rem aliquam ut feudalem
(b) bona fide (c) sine interruptione (d) possideat, (e) re-
quisitus Domino Vasalliticum servitium (f) exhibuerit,
eam per præscriptionem acquirit, quamvis de eadem
non sit investitus. (g)

(a) c. un. S. si quis per 30. annos 2. F. 26. Borcholt. de
Feud. c. 7.

K

Universitäts
Bibliothek
Rostock

Feud. c. 4. n. 4. &c. hanc rationem assignat, quod propterea rerum feudalium præscriptio 10. vel 20. annis non sit contenta, quia durior est & majoris præjudicij, quam rerum allodialium. **V**assallus enim obligatur per hanc ad plurima Domino & versâ vice ut arguit. *text. in c. un. 2. F. 7.* (b) *d. c. un. 5. si quis per 30 ann. Franciscus Balbus tract. de præscript. 4. part. quart. princip. quest. 12. n. 1. pag. 26.* ubi multis (c) intuitu juris Canonici c. 5. c. ult. X. de Præscript. c. possessor de Reg. Jur. in 6. & consuetudine diutinâ feudali c. un. 2. F. 87 in Extraord. de qua etjam testantur Mynsing. cent. 4. obs. 6. Gail. 2. obs. 18. n. 2. Rosenth. in synops. Jur. Feud. c. 6. conclus. 77. lit. H. *Vult. lib. 1. de Feud. c. 9. n. 14.* (d) ut arguit vocularia P E R in d. c. un. 2. F. 26. & ibi Schenck. Baro n. 3. & c. un. 1. F. 28. (e) Nam sine possessione præscriptio nulla est l. sine possessione 25. ff. de Usurp. & Usucap. (f) *d. c. & vers. si quis per 30. ann. ubi Dd. do-* cent sufficere si semel intra legitimum tempus servitium exhibuerit, *Bocer. in tract. de Præscript. Feud. c. 3 n. n.* (g) *d. 5. si quis per 30. ann. Bocer. d. tract. c. 4. n. 2. & seqq. Arum Disp. Feud. s. 1b. 30.*

XXIX.

Procedit hæc Præscriptio utrinq; tam à parte Va-
salli quam à parte Domini; Hic enim si per totidem an-
nos nomine alicujus fundi, qui revera erat allodialis
à Domino servitia feudalia receperit, isthius fundi di-
rectum dominum præscribit.

l. *cum de in rem verso 6. ff. de usurp. l. litibus 20. C. de agrie. censit. & colon. c. un. 5. si quis per 30. ann. ubi Dd. 2. F. 26. argumento correlativorum, quorum eadem ratio esse debet l. ult. C. de indict. videtur ful. Clar. in §. Feudum q. 19. n. 1. quest. 45. n. 1. Mynsing. 4. obs. 29. n. 9. Borcholt c. 7. part. 3. n. 9. *Vult. lib. 1. de feud. c. 9. n. 16. Obreth lib. 2. c. 6. n. 34. & seqq. Duaren. de Feud. c. 8. n. 2. Hunn. in tract. Feud. c. 11. pag. 313. Bocer. de Præscript. feud. c. 2. n. 26. & seqq.**

30. Note.

XXX.

Nonnulli hanc tricennalem præscriptionem (a) ratione objecti producunt, ut sufficiat in rebus seculari-
bus privatis, in publicis & Ecclesiasticis non item,
prout quæ 40. annos deaderant; (b) Sed perperam. (c)

(a) quam à Theodosiano Juniore introductam
eleganter Cassiodor. lib. 5. var. Epist. 37. vocat Pa-
tronam humani generis, quod nempè adferat
finem controversiarum, & quasi securis sit liti-
um Dn. Rittersh. in Part. Feud. lib. 1. c. 18. quæst. 6. (b)
N. 111. & 131. l. ult. C. do S. S. Eccles. l. tam notissimi 7.
C. de prescript. 30. vel 40. annov. Borch. c. 7. part. 3. n. 8.
Rittersh. in Part. F. lib. 1. c. 18. n. 7 Zas. part. 6. n. 31. Ro-
senth. in synops. Fur. feud. c. 6. conclus. 78. n. 8. lit. G.
(c) ob generalitatem Juris Feudalis in S. si quis
per 30. annos, qui quoniam indistincte loqui-
tur, nec nos distinguere oportebit l. 8. ff. de Pu-
blic. in rem act. Schenck Baro in sèpissimè allegat. S. si
quis per 30. annos. Vult. lib. 1. c. 9. n. 8. Bocer. de Pre-
script. feud. c. 2. n. 25. & seqq. Obrecht lib. 2. c. 6.
n. 18. & seq. Hunn. tract. feud. c. 11. pag. 312.

XXXI.

Sententiâ Judicis Feudum acquiritur, si de fundo
quodam controversia oboriatur, altero cum Allodia-
lem, altero Feudalem dicente, & Judge cum feudalem,
qui ex ipsa rei naturali veritate potius est Alloidalis,
pronunciaverit, atq; sententia Judicis in rem judica-
tam transiverit..

l. res judicata 207. ff. de Reg. Fur. & ibi Philipp. Matth.
n. 5. & seq. l. ingenuum 25. ff. de stat. hom. l. fin. C. sen-
tent. rescindi non pos. l. 1. C. de condic. indebit. ubi
Sichard. n. 4. Vult. lib. 1. de Feud. c. 9. n. 22. Obrecht
in tract. Feud. lib. 2. c. 5. n. 19. & c. 11. n. 16. Rosenth.
d. c. 6. conclus. 72. n. 2.

K 3

COROL.

COROLLARIA.

DUrae & omnino barbarae videntut consuetudines Feudales
in t. un. vers. contra omnes 2. F. 28, in quo sine ullo temperamento
volunt, Vasallum debere contra omnes Dominum adjuvare, &
contra fratrem & filium & patrem : Quocirca quod in interpre-
tatione omnium LL. faciendum, etiam hic vers. reducendus erit
ad honestatem & principia Juris Naturalis, ne jura sanguinis
convellantur quae sunt & dicuntur immutabilia §. 11. I. de Fur.
Nat. Gent. & civ. Serter de Furam. lib. 2. c. 2. n. 20. Bocerus de Investitura
feud. c. 4. n. 34. & seqq. Arnis, de Fur. Majestat. lib. 1. c. 5. n. 12.

1 I.

Nobiles in pagis suis omnimodam Jurisdictionem habentes
rale statutum, Ne subditi ipsorum ab alijs quam ipsis cerevisiant-
emant, condere nequeunt, tum quia ad quaestum Domini haut
comparatae sunt Jurisdictiones, Nov. 17. c. 1. tum quia ob urgentes
rationes Mercatura Nobilibus est interdicta LL., adeo ut non-
nulli audacter asserant, quibus adstipulatur Mynsing. cent. 5. obs. 54.
mercaturam Ecclipsin Nobilitatis causare eamq; obtenebrare, à
quibus tamen divortium facit Bocer. de Regalib. c. 2. n. 52. & seqq. Vi-
deatur Dn. Matth. Stephani in tratt. de Nobilit. lib. 1. c. 7. ubi de hac materia
a n. 4. usq; ad n. 19. inclusivè indulgentius & eleganter differit.

— 6 —
Præstantissimo & Doctissimo DN. CHRISTOPHO-
RO PAVL I commensali suo dilecto;

Hactenus in Themidos dum te Rosa Baltica castris
Christophore assiduum vidit, sibi maxima de te
Promisit: quid non nunc, dum te cernit aperto
Intrepidu animu missentem prælia campo,
Expectet? Promachum Furis te dicet & equi,
Vindicibusq; Dea Dices tua nomina junget.

JOHANNES QVISTORPIUS Theol. D. Prof. & Ecclesiast.

Eidem Commensali ac Contubernali suo colendo;

Afer erat Scipio de Afrorum gente reversus;
Sic PAULUS PAULI nomen & omen habet.
Ille Afros domuit sed PAULI hic scripta subegit
Et Longobardum iura. Quid ulterius?

amicitia ergo GERHARDUS GRAVE
Disput. V..

XXX.

Nonnulli hanc tricennalem
tione objecti producunt, ut su-
bus privatis, in publicis & E-
prout quæ 40. annos defidera-

(a) quam à Theodosiano Ju-
eleganter Cassiodor. lib. 5. var-
tronam humani generis, qu-
finem controversiarum, &
um Dn. Rittersh. in Part. Feud.
N. 111. & 131. l. ult. C. do S. E.
C. de prescript. 30. vel 40. annor.
Rittersh. in Part. F. lib. 1. c. 48 s.
senth. in synops. Fur. feud. c. 6. c
(c) ob generalitatem Juris
per 30. annos, qui quonian-
tur, nec nos distinguere op-
blic. in rem act. Schenck Baro in
quis per 30. annos. Vult. lib. t. c
script. feud. c. 2. n. 25. & seq
n. 18. & seq. Hunn. tract. feud.

XXXI.

Sententiâ Judicis Feudum
quodam controversia oboriatu-
lem, altero Feudalem dicente, &
qui ex ipsa rei naturali veritat-
pronunciaverit, atq; sententiâ
tam transiverit..

l. res judicata 207. ff. de Reg. Fur.
n. 5. & seq. Ingenuum 25. ff. de
tent. rescindi non pos. l. i. C. 4
Richard. n. 4. Vult. lib. 1. de Feu-
dum tract. Feud. lib. 2. c. 5. n. 19. &
d. 6. conclus. 72. n. 2.

ouem (a) et
bus seculari-
non item.
erperam. (c)

etam
at Par-
ferat
liti-
(b)
limi 7.
3. n. 8.
L. Ro-
it. G.
siquis
oqui-
le Pu-
c. S. fe
e Pra-
c. t. 6.

si de fundo
im Allodia-
n feudalem,
Allodialis,
rem judica-

datsh.
C. sen-
it. ubi
brecht
senib.
OL-




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]